

Si vir bonus est is, qui prodest quibus potest, nocet nemini; certè virum bonum non facilè reperiemus. *Cic.*

Divitiarum et formæ gloria fluxa atque fragilis est: virtus clara eternaque habetur. *Sall.*

Facilius est paupertatem laudare, quàm ferre. *Sen.*

Nulla tam misera domus, quæ non inveniant in miseriore solatium. *Sen.*

Nemo parum diu ¹ vixit, qui virtutis functus est munere. *Cic.*

Quod cuique tempus ² ad vivendum datur, eo debet esse contentus. Breve tempus ætatis satis est longum ad bene honestèque vivendum. *Cic.*

Turpis est qui alto sole in lecto dormiens jacet, qui vigilare medio die incipit, qui officia lucis noctisque ³ pervertit. *Sen.*

Dolorem placidè et sedatè feres, si cogites quàm id honestum sit. *Cic.*

Si non ipso honesto movemur, ut boni viri simus, sed utilitate aliqua atque fructu, callidi sumus, non boni. *Cic.*

1. *Parum diu*, poco tiempo. (El adverbio *parum* modifica la idea del adverbio *diu*. El segundo parece á primera vista pleonástico; más si se para la atención, se verá que no es lo mismo *vivere parum*, que *vivere parum diu*. Lo primero expresa la idea de un modo absoluto; lo segundo de una manera relativa. El que murió de niño, *vixit parum*; de Cicerón, muerto á los 64 años de edad, no puede decirse *vixit parum*; pero los amantes de las letras tendrían razón en decir *vixit parum diu*. Vid. not. 2, pág. 18, y not. 1, pág. 59.)

2. *Quod cuique tempus*, etc., cada cual debe contentarse con la vida que se le concede. (Párese la atención en la estructura particular de esta delicada frase. El verbo principal tiene implícito el sujeto *quisque*, fácil de inferir por el complemento *cuique* del subordinado: el antecedente del relativo está igualmente tácito, pero se halla expreso el consiguiente. Esta es una de aquellas locuciones, cuyas palabras, si ha de salvarse la propiedad, tienen que sufrir alteración al reducir las al orden directo. En este sería preciso decir *QUISQUE debet esse contentus eo TEMPORE quod SIBI datur ad vivendum*. Vid. not. 1, pág. 86.)

3. *Lucis noctisque*, del día y de la noche.

ANÉCDOTAS

I

Amor á la patria.

Publius Decius, qui consulatum in familiam suam primus intulit, cum latino bello Romanam aciem inclinatam ¹ penè jam et prostratam vidèret, caput suum ² pro salute reipublicæ devovit, ac, protinus concitato equo ³, in medium hostium agmen, patriæ salutem, sibi mortem petens irrupit ⁴; factaque ingenti strage, pluribus telis obrütus, supercorruit: ex cujus vulneribus et sanguine insperata victoria emersit ⁵. *Val Max.*

II

Cum Atheniensium urbem triginta tyrannorum teterrimâ dominatione ⁶ liberare cuperet Trasybulus, parvæque manu maximæ rei molem aggrederetur ⁷, et quidam e consociis dixisset: "¿Quan-

INTERPRETACIÓN Y ANÁLISIS. 1. *Inclinatam*, decaído. (Expresión metafórica.)

2. *Caput suum*, su cabeza. (Su vida: metonimia.)

3. *Concitato equo*, metiendo espuelas al caballo.

4. *Irrupit in medium agmen hostium*, rompió por medio de los enemigos. (*Irrupit in*: los verbos compuestos de preposición suelen regir su complemento con la misma de que se componen.)

5. *Victoria insperata emersit*, resultó una victoria que no se esperaba.

6. *Teterrimâ dominatione*, de la horrosísima dominación. (*Teterrimus*, superlativo de *teter*, cuya formación en *rimus* es común á todos los que terminan el dominativo en *er*.)

7. *Aggredereturque molem maximæ rei parva manu*, y acometiendo una empresa tan difícil con un puñado de gente. (Párese la atención en esta manera de decir. Cuando lo requiere la importancia que las ideas tienen en el discurso, suelen los buenos escritores presentar como sujeto ó término de la acción del verbo lo que rigurosamente había de ser uno de sus complementos ó modificativos. Si hubiera dicho: *aggrederetur rem maximæ molis*, el pensamiento sería el mismo: pero la dificultad de la empresa no aparecería tan de relieve, viniendo entonces á ser accesorio lo que se considera como principal. A este tenor dijo Fedro: *Gula credens colli longitudinem*, en vez de *longum collum*.)

tas tandem tibi Athēnæ, per te libertatem consequūtæ, gratias debēbunt?—Respondit: “Dii facian, ut quantas ipse illis debeo, videar retulisse!—Quo affectu ¹ inclūtum destructæ tyrannidis opus laude cumulāvit. *Val Max.*”

III

Amor conyugal.

Tiberius Graccus, Romæ Censor, et bis Consul, geminos reportāvit triumphos ²; majōrem tamen ex virtūte, et sapientiā gloriā invēnit. Itaque dignus est habitus, qui in matrimonium acciperet Corneliam ³, filiam P. Scipiōnis, a quo devictus fuerat Annibal. Hic quemadmōdum C. Graccus, filius ejus, scriptum reliquit, duobus anguibus diversi sexūs in thalāmo comprehensis, rem prodigii loco habuit, quia augur erat ⁴, et convocātos haruspices consuluit ⁵. Qui cum respondissent: “Non esse occidendos „ambos angues ⁶, non esse etiam dimittendos; sed occiso uno „altērum dimittendum; si marem emisisset, uxōri celērem mortem instāre; si femīnam, ipsi, æquius esse censuit se jam ætate provectum maturam mortem oppetere ⁷, quā Corneliam, quæ juvenis esset, et adhuc patriæ dare cives posset ex alio marito ⁸.

1. *Quo affectu*, animado de tales sentimientos.

2. *Geminos triumphos*, dos triunfos. (*Geminus* se dice generalmente de dos cosas muy semejantes entre sí; *duplex*, de una cosa puesta dos veces.)

3. *Dignus est habitus, qui acciperet in matrimonium Corneliam*, juzgósele digno de enlazarse con Cornelia. El relativo *qui* subordinado á los adjetivos *dignus* é *indignus* equivale á la conjunción *ut* y un demostrativo. El *qui acciperet* de esta frase es igual á *ut is acciperet*.)

4. *Erat augur*, era agorero.

5. *Consuluit haruspices*, consultó á los adivinos. (Este verbo con acusativo significa *consultar*; con dativo, *mirar por alguno*. *Augur* se dice del que pronosticaba los sucesos futuros por el canto y el vuelo de las aves; *haruspex* ó *aruspex*, por la inspección de las entrañas de las víctimas.)

6. *Ambos angues*, las dos culebras. (Arriba dijo *duobus anguibus*: ahora dice *ambos angues*. Véase la diferencia que hay entre *duo*, *ambo* y *uterque*, not. 1, pág. 57.)

7. *Oppetere mortem maturam*, morir viejo como era. (Dice *mortem maturam*, por contraposición á la muerte de Cornelia que hubiera sido *immatura* ó *prematura*. Vid. not. 8, pág. 127.)

8. *Ex alio marito*, de otro marido. (El sustantivo que designa ori-

Itaque, et uxōri parcens, et reipublicæ consilens, feminam serpentem emisit: ipse paucis post diebus est mortuus. Marito superstes conjux, sic rei familiaris curam gessit, sic liberos instituit, tantam vitæ sanctitatem, et animi magnitudinem ostendit, ut non malè visus sit consuluisse ¹ Tiberius, qui pro tali muliēre voluisset emōri. *Val Max.*

IV

Amor paternal.

Octavius Balbus proscriptus a triumviris, cum domo postica ² clam esset egressus, jamque fugæ expeditum initium haberet; postquam intus filium trucidari falso clamore viciniæ ³ accēpit, ei se neci, quam evasērat, obtulit, occidendumque militibus tradidit; pluris nimirum illud momentum, quo illi præter spem vidēre filium incolumem contigērat, quā salūtem suam æstimans. Misēros adolescentis oculos, quibus amantissimum sui patrem ⁴, ipsius operā sic expirantem, intuēri necesse fuit! *Val Max.*

V

Amor maternal.

Post nobilem ad Trasymēnum pugnam ⁵, Romæ ad primum

gen ó procedencia se expresa en latin por un ablativo con preposición. Dice *alio*, porque se trata de uno entre muchos: arriba dijo *alterum*, porque se trataba de uno entre dos.)

1. *Non visus sit consuluisse malè* no anduvo al parecer des-
acertado.

2. *Domo postica*, por la puerta trasera de su casa.

3. *Falso clamore viciniæ*, por haber interpretado mal los gritos de la vecindad.

4. *Patrem amantissimum sui*, á un padre que tanto le amaba. (Dice *amantissimum sui*, empleando el genitivo del recíproco, para designar el amor del padre al hijo: *amantissimum suum patrem* podría denotar el amor del hijo hacia su padre.)

5. *Post nobilem pugnam ad Trasymenum*, después de la famosa batalla de Trasimeno. (*Nobilis* con aplicación á las cosas significa famoso, memorable, célebre, etc. *Nobile bellum*, famosa guerra; *nobile facinus*, acción memorable; *Nobiles inimicitie*, ruidosas enemistades, etc. Con aplicación á las personas significa *noble*, *ilustre*. Diferénciase de *generosus* en que éste se dice del que es noble por su cuna; y *nobilis* del que adquiere nobleza por sus hechos.)

nunciū cladis ejus, cum ingenti terrōre ac tumultu concursus in forum populi est factus ¹. Matrōnæ vagæ per vias, quæ repentina clades allata ², quæ fortūna exercitū esset, obvios percunctantur: et cum frequentis concionis modo ³ turba in comitium et curiam versa ⁴ magistrātus vocāret; tandem, aut multō ante solis occāsum, M. Pomponius Prætor: "Pugnā, inquit, magnā victi sumus....." Postēro, ac deinceps aliquot diēbus, ad portas major prope muliērum quā virōrum multitūdo stetit, aut suōrum aliquem, aut nuncios de his opperiens ⁵: circumfundebanturque obviis sciscitantes: neque avelli utique a notis, priusquam ordīne omnia inquisissent, poterant. Inde varios vultus digredientium a nunciis cernēres ⁶, ut cuique aut læta, aut tristitia nunciabantur: gratulantesque, aut consolantes redeuntibus domos circumfūsos. Feminārum præcipuē et gaudia insignia erant, et luctus. Unam in ipsa porta, sospite filio repente oblato ⁷, in cons-

1. *Concursus populis factus est*, reuniōse el pueblo.

2. *Quæ repentina clades allata-esset*, qué repentina derrota era aquella de que había llegado un parte. (Este y el siguiente verbo se expresan por el subjuntivo, como subordinados á *percunctantur*, que envuelve una idea de duda.)

3. *Modo concionis frequentis*, á manera de una gran junta. (Vide, nota 2, pág. 75.)

4. *Versa in comitium et curiam*, dirigiéndose al comicio y á la curia. (*Comitium* se llamaba el sitio en donde se examinaban las causas y celebraba el pueblo las juntas llamadas *curiata*; y *curia* el lugar donde se reunía el Senado. Vid. not. 1, pág. 67.)

5. *Opperiens aliquem suorum*, esperando á algunos de los suyos. (Emplea el verbo *opperior*, porque se trata de una cosa incierta; en otro caso hubiera usado de *præstolor* ó *expecto*. En consecuencia, *opperiri* es esperar á uno en la incertidumbre de si vendrá ó no; *præstolari*, aguardar al que se espera ó se sabe que ha de venir; *expectare*, esperar lo que se desea.)

6. *Inde cerneres*, etc. Allí era de ver la variedad de afectos que se notaban en el semblante de cada uno al volver á sus casas, según eran tristes ó lisonjeras las noticias que habían adquirido. (*Tunc cerneres*, enálaje, la segunda persona en vez de la tercera. Es una especie de apóstrofe al lector, de la cual usan frecuentemente los historiadores. Para traducir bien estas frases, debe indeterminarse la persona, como si el verbo se enunciara unipersonalmente: *tum cerneres*; esto es, *tum cerni potuit* etc.)

7. *Sospite filio repente oblato*, habiendo visto de improviso á su hijo fuera de peligro. (*Sospes* se dice del que está ya libre de peligro, *incolumis*, del que sale de él bien ó en buen estado; *salvus*, del que se salva, por oposición á *perditus*.)

pectu ejus exspirasse ferunt. Altēram, cui mors filii falsō nunciata erat, mœstam sedentem domi, ad primum conspectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. *Tit. Liv.*

VI

Amor filial.

Sanguinis ingenui muliērem, Prætor, apud tribūnal suum capitali crimine damnatam, triumviro in carcēre necandam ¹ tradidit: quam receptam, is qui custodiæ præerat ², misericordiā motus, non protinus strangulavit: aditum quoquē ad eam filiā, sed diligenter excussæ ³, ne quid cibi inferret. dedit: existimans futurum, ut inediā consumeretur. Cum autem jam dies plures intercederent, secum ipse quærens, quidnam esset, quod tandiu sustentaretur, curiosiūs observatā filiā, animadvertit illam, exerto ubere ⁴, famem matris lactis sui subsidio lenientem. Quæ tam admirabilis spectaculi novitas ⁵ ab ipso ad Triumvirum, a Triumviro ad Prætorem, a Prætore ad Consūlum judicium perlata, remissionem poenæ muliēri impetravit. ¿Quò non penētrat, aut quid non excogitat pietas? quæ in carcēre servandæ genitricis novam rationem ⁶ invēnit. ¿Quid enim tam inusitatum, quid tam inauditum, quā matrem uberibus natæ alitam esse? Putaverit aliquis hoc contra rerum naturam factum, nisi diligēre parentes prima naturæ lex esset. *Val. Max.*

1. *Necandam*, para que la matase. (El participio en *dus* subordinado á los verbos que significan *dar*, *traer*, *llevar* y sus equivalentes, se explica por *ut* y subjuntivo. Tanto vale el *necandam* de esta frase, como *ut eam necaret*.)

2. *Qui præerat custodiæ*, el alcaide.

3. *Sed diligenter excussæ*, pero después de haberla registrado escrupulosamente.

4. *Exerto ubere*, sacando los pechos.

5. *Quæ tam admirabilis spectaculi novitas*, un espectáculo tan nuevo y admirable. (Para dar importancia á la idea de *novitas*, tomó esta palabra como sujeto, en vez de decir *spectaculum novum atque admirandum*. Vid. sup. not. 7, pág. 133.)

6. *Novam rationem servandæ genitricis*, un nuevo medio de salvar la vida á una madre. (El sustantivo *genitrix* es más usado en el verso que en la prosa.)

VII

Piētas Crēsi filium, loquendi usu defectum, ad protegendam patris incolumitatem, ministerio vocis instruxit ¹. Captis enim a Cyro Sardibus, cum unus e número Persarum, ignarus viri, in cædem Crēsi concitatio impetu ferratur ²; velut oblitus quid sibi nascenti fortuna denegasset, ne Crēsum regem occideret proclamando, penè jam impressum mucronem jugulo revocavit. Ita qui ad id tempus mutus sibi vixerat, salutis parentis vocalis factus est ³. *Val. Max.*

VIII

Amor fraternal.

Quàm dulcis fraterna caritas! Quàm copiosæ suavitatis illa recordatio est! In eodem domicilio, antequam nascerer, habitavi: in iisdem incunabilis infantie tempora perēgi: eosdem appellavi parentes: eadem pro me vota excubuerunt; parem ex majorum imaginibus gloriam traxi. Cara est uxor, dulces liberi, jucundi amici, accepti affines ⁴, sed postea cognitis, nulla benevolentia accedere debet, quæ priorem exhaustiat.

Marcus Fabius Consul, inclýta pugnâ Hetruscis et Vejentibus superatis, delatum sibi summo senatus populi que studio triumphum ducere non sustinuit ⁵; quia eo prælio Q. Fabius frater ejus,

1. *Pietas instruxit ministerio vocis filium Crēsi* etc., el amor filial hizo hablar al hijo de Creso, siendo mudo, etc.

2. *Cum ferretur impetu concitato in cædem Crēsi*, dirigiéndose á Creso con la mayor violencia para quitarle la vida.

3. *Factus est vocalis*, etc., adquirió el habla para salvar á su padre.

4. *Cara est uxor, dulces liberi, jucundi amici, accepti affines*, cara es la esposa, dulces los hijos, gustosos los amigos, gratos los deudos. (Nótese la belleza de la gradación *carus, dulcis, jucundus, acceptus*. En cuanto á la significación de *affines*, véase la nota 6, página 10.)

5. *Non sustinuit ducere triumphum*, no quiso recibir los honores del triunfo. (Frase delicada, que pinta á lo vivo el sentimiento de M. Favio. Si dijera simplemente *noluit ducere triumphum*, sólo veríamos la no aceptación por parte del Consul: mas el *sustinuit* nos revela lo solemne del motivo que le impedía aceptar tal distinción, como si dijera: *no tuvo valor* para admitir una honra tan grande, después de la muerte de un hermano, á quien tan entrañablemente amaba.)

consularis, fortissimè dimicans occiderat. ¿Quantam ¹ in eo pectore pietatem fraternæ caritatis habitasse existimemus, propter quam ² tantus amplissimi honoris fulgor exstingui potuit? *Val. Max.*

IX

Ejemplos de magnanimidad.

Princeps Atheniensium Pericles intra quadriduum duobus mirificis adolescentibus filiis spoliatus, his ipsis diebus, et vultu pristinum habitum retinente, et oratione nulla ex parte infractioe concionatus est ³. Ille verò caput quoque solito more coronatum gerere sustinuit, ut nihil ex vetere ritu propter domesticum vulnus ⁴ detraheret. Non sinè causa igitur tanti roboris animus ad Olympi Jovis cognomen ascendit! *Val. Max.*

X

Xenophon, cum solemne sacrificium perageret, et duobus filiis majorem natu apud Mantineam in prælio cecidisse cognovit: nec ideo ⁵ institutum deorum cultum ommittendum putavit; sed tantummodo coronam deponere contentus fuit: quam ipsam, percunctatus quonam modo occidisset, ut audivit fortissimè ⁶ pugnantem interiisse, capiti reposuit: numina quibus sacrificabat tes-

1. *Quantam pietatem*, etc. ¿Cuán entrañable no diremos era el amor fraternal que se encerraba en aquel pecho, etc. (*Existimemus*, en vez de *existimabimus*. Vid. not. 2, pág. 125.)

2. *Propter quam*, etc., cuando él solo fue bastante para extinguir á los ojos de Favio el brillo y esplendor de la honra más señalada que se conocía? (El relativo *quam* equivale aquí á la conjunción *cum* y un demostrativo: *propter quam*, etc., esto es, *cum propter eam tantus fulgor*, etc. Vid. not. 5, pág. 43.)

3. *Concionatus est oratione nulla ex parte infractiore*, pronunció un discurso lleno de fluidez. (*Infractiore*, comparativo de *infractus*, de *infringo*, concierta con *oratione*, no con *parte*. *Oratio infracta*, es el discurso entrecortado, compuesto de expresiones mal unidas, sin fluidez.)

4. *Propter domesticum vulnus*, por la pérdida que acababa de experimentar en su familia. (Metáfora.)

5. *Nec ideo*, y no por eso.

6. *Ut audivit interiisse pugnantem fortissimè*, cuando oyó que había muerto peleando como un héroe.

tātus, majōrem se ex virtūte filii voluptātem, quā ex morte amaritudinem sentīre. Alius removisset hostiam, abjecisset altaria, lacrymis respersa thura disjecisset: Xenophontis cor pium religiōni immobile stetit ¹, et animus in consilio prudentiā stabilis mansit: nam dolōri succumbere, ipsā clade, quæ nuntiāta erat, tristius duxit. *Val. Max.*

XI

Anaxagōras, auditā morte filii: "Nihil, inquit, mihi inexpectātum, aut novum nuncias ². Ego enim illum, ex me natum, sciēbam esse mortālem.,. *Val. Max.*

XII

Abnegación.

Cum in cannensi prælio Cn. Lentūlus, tribūnus militum, prætervehens equo ³, sedentem in saxo cruōre opplētum ⁴ consulem romānum L. Æmiliū vidisset: "L. Æmili, inquit, quem unum insontem culpæ cladis hodiernæ dii respicere debent, cape hunc equum, dum et tibi virium aliquid supērest: comes ego te tollere possum ac protegēre, ne funestam hanc pugnam morte consūlis feceris.....; Etiam sinē hoc lacrymarum satis, lucētusque est!," ⁵—Ad ea consul: "Tu quidem, Cn. Corneli, macte virtūte esto ⁶: sed cave, frustra miserando ⁷, exiguum tempus e

1. *Stetit immobile religiōni*, se mantuvo inalterable para cumplir con lo que debía á la religiōn.

2. *Nihil inexpectatum, aut novum nuncias mihi*, no es para mí inesperada, ni me causa novedad la noticia que me traes.

3. *Prætervehens equo*, pasando de largo á caballo. (No es frecuente usar en esta acepciōn el participio activo: *prætervectus equo*, sería más conforme á la significaciōn fundamental del verbo, que aquí no puede menos de ser pasiva.)

4. *Opplētum cruore*, bañado en sangre. (*Cruor*, es la sangre derramada; *sanguis*, según circula por las venas.)

5. *Satis lacrymarum*, etc., hartas lágrimas y luto nos cuesta el día de hoy aun sin eso.

6. *Macte virtute esto*, ea, ten valor y ánimo. (*Macte*, es vocativo singular, como *macti* plural del adjetivo inusitado *mactus*, equivalente, según nuestro Brocense, á *magis auctus*. Juntase con los sustantivos *animo* ó *virtute*, y tiene la fuerza de una interjección, que sirve para animar ó aprobar.)

7. *Miserando frustra*, mostrándome una estéril compasiōn.

„manibus^o hostium evadendi absūmas. Abi, nuncia publicè patribus ¹, „urbem Romam muniant, ac priusquam hostis victor adveniat, „præsidiis firment: privatimque Q. Fabio, L. Æmiliū præceptōrum ejus memōrem exstitisse, et vixisse, et adhuc mori: et tu me „in hac strage militum meōrum patere expirare ², ne ut reus inte- „ream, causaque consulātis accusātor collēgæ existam ³, ut aliēno „crimine innocentiam meam protēgam.,. Hæc exigentem, prius turba fugientium civium, deinde hostes oppressere consulem, ignorantem quis esset, obrueruntque telis. *Tit. Liv.*

XIII

Amistad de Damón y Pitias.

Damon et Pytias Pythagoricæ prudentiæ sacris initiati ⁴, tam fidēlem inter se amicitiam junxerunt, ut, cum altērum ex his Dionysius Syracusanus interficere vellet, atque is tempus ab eo, quo, priusquam periret, domum profectus res suas ordinaret, impetravisset; alter vadem se pro reditu ejus tyranno dare ⁵ non dubitaret..... Igitur omnes, et in primis Dionysius, novæ atque anticipitæ rei exitum speculabantur ⁶. Appropinquante deinde finitā die, nec illo redeunte, unusquisque stultitiæ tam temerarium sponsorem damnabat ⁷. At his nihil de amici constantiā metuere prædicā-

1. *Nuncia publicè patribus*, dí de mi parte á los senadores. (*Publicè* es oficialmente, á nombre y con autorizaciōn del público, ó de quien le representa; á diferencia de *privatè* ó *privatim*, que es privadamente, sin carácter oficial.)

2. *Patere me expirare*, déjame exhalar el último aliento. (*Patere*, imperativo de *patior*. Este verbo significa padecer, sufrir, en su genuina acepciōn; más cuando sirve de determinante á otro que le está subordinado, toma la significaciōn de *permitir*, *dejar*, *consentir*, etc.)

3. *Existam accusator collegæ*, tenga que acusar á mi colega.

4. *Initiati sacris prudentiæ Pythagoricæ*, iniciados en los misterios de la ciencia de Pitágoras.

5. *Dare se vadem*, salir fiador, constituirse responsable.

6. *Speculabantur exitum*, aguardaban impacientes el desenlace. (*Speculari* en su significaciōn fundamental es acechar, observar desde atalaya; y por extenxiōn, observar, estar en expectativa de un resultado con cierta precauciōn; cuya idea no se hubiera expresado con igual precisiōn empleando el verbo *expectabant*.)

7. *Unusquisque damnabat stultitiæ*, etc., todos trataban de loco al temerario fiador. (*Stultitiæ*, genitivo, es el complemento de *dam-*

bat. Eodem autem momento et hora a Dionysio constituta super-
venit. Admiratus amborum animum tyrannus, supplicium fidei
remisit ¹, insuperque eos rogavit, ut se in amicitiam tertium
reciperent. *Val. Max.*

XIV

Desprecio de las injurias.

Ducebatur Athenis ad supplicium Aristides, cui quisquis occur-
rebat, deiciebat oculos, et ingemiscēbat. Inventus, qui ² faciem ejus
inspueret. At ille abstersit faciem, et subridens, ait comitanti magis-
tratui. "Admone istum, ne postea tam improbe oscitet."

XV

Socratem ajunt, colapho percussus, nihil amplius dixisse,
quam "molestum esse ³, quod nescirent homines, quando cum
galea prodire ⁴ debent.", *Sen.*

nabat, pendiente del ablativo oculto *crimine, culpa*, etc. Pudo decir
también *damnabat sponsorem de stultitia*, ó *stultitiam sponsoris*,
cuya construcción es propia de los verbos que significan acusar,
absolver, condenar y sus equivalentes. Pero nótese que en tales
locuciones nunca emplean los latinos el nombre del delincuente, sino
el del delito: en castellano usamos del uno ó del otro. Podemos de-
cir, por ejemplo: Le acusan *de traidor*, ó *de una traición*: en latin
es indispensable decir: *Accusatur prodicionis*, y nunca *proditoris*. La
razón es porque este genitivo pende, como hemos visto, del ablativo
genérico *culpa, vitio, errore, crimine*, etc. Por eso sin duda emplea-
mos también nosotros el nombre del delito cuando se expresa
este sustantivo, v. gr: Le acusan de un *crimen de alta traición*.)

1. *Remisit supplicium fidei*, le perdonó en premio de su lealtad.
2. *Inventus qui.....*, no faltó quien..... (Está implícito *quidam* ó *aliquis homo*, antecedente del relativo, el cual se omite para dar más énfasis al pensamiento. También falta en el *inventus* el auxiliar *est* ó *fuit*, que se calla muy frecuentemente por la elipsis en los participios de pretérito y futuro.)
3. *Molestum esse*, que era una lástima, una desgracia.
4. *Prodire cum galea*, salir á la calle con celada. (*Prodire* está empleado aquí con gran propiedad. En su acepción genuina significa *salir al público, dejarse ver*. La preposición componente *pro* designa muchas veces que la acción se ejecuta en presencia de algún lugar ó persona.)

XVI

Triste condición del cortesano.

Notissima vox est ejus ¹, qui in cultu regum consenuerat; a
quo cum quæreretur, quommodo (rarissimam rem) in aula conse-
quutus esset senectutem: "Injurias, inquit, accipiendo, et gratias
agendo...". *Sen.*

XVII

Sentimientos de Nerón antes de pervertirse.

Nero, animadversurus capitali supplicio ² in latrones duos,
distulit sententiam dicere. Et cum charta ³, ut scriberet, affere-
tur: "¡Vellem, inquit, nescire litteras!"; ¡O dignam vocem, quam
audirent ⁴ omnes gentes quæ Romanum imperium incólunt! *Sen.*

XVIII

El león agradecido.

Apion, litteris homo multis præditus, refert, quod neque au-
disse, neque legisse, sed ipsum sere in urbe Romanâ oculis suis
vidisse confirmat. In circo maximo amplissimum spectaculum
bestiarum cum hominibus decertantium populo dabatur. Multæ
ibi feræ, quarum inusitata forma erat, et ferocia ⁵: sed leonum
immanitas præcipuè admirationi fuit, et præter ceteros unius, qui
vastâ corpõris mole, terrifico rugitu, jubis fluctuantibus ⁶, animos
oculosque omnium in se convertēbat. Introductus erat inter com-
plures alios ad pugnandum cum belluis servus, cui nomen Andro-
chus fuit. Hunc ille leo ubi vidit procul, repente, quasi admirans,

1. *Notissima est vox ejus*, bien sabida es la respuesta de aquél....
2. *Animadversurus capitali supplicio*, teniendo que condenar á muerte.
3. *Et cum charta afferretur, -ferretur ad eum*. (Párese mucho la atención en las diversas modificaciones que dan á la palabra simple las partículas compositivas.)
4. *Quam audirent*, de que la oyesen. (*Quam audirent*, igual á *ut eam audirent*. Vid. not. 3, pág. 74.)
5. *Ferocia*, bravura.
6. *Jubis fluctuantibus*, por sus largas y rizadas melenas.

stetit: ac deinde sensim, atque placidè, tamquam noscitans ¹, ad hominem accedit: tum caudam more adulantium canum blandè movet, cruràque et manus propè jam exanimati metu leniter linguà demulcet ². Inter illa tam atrocis feræ blandimenta ³ animum colligit Androclus, et oculos, quos præ timore avertèrat, paulatim ad contuendum leonem refert. Tum verò, quasi mutuà recognitione facta, gratulabundos videres hominem et leonem. Re tam admirabili maximi clamores populi excitantur ⁴; accessit a Cæsare Androclus; et interrogatus, cur ipsi uni ille atrocissimus leonum pepercisset, rem mirificam narrat his verbis:

“Cum provinciam Africam dominus meus proconsulari imperio ⁵ obtineret, ego iniquis ejus et quotidianis verberibus ad fugam sum coactus; et, ut mihi a domino tutiores latebræ forent, in arenarum solitudines concessi ⁶. Consilium autem erat mortem aliquo pacto quærere, si defuisset cibus. Sole medio ⁷ specum quendam nactus, remotam, latebrosamque, in eam penetrao, ac me recondo. Neque multò post ad eandem speluncam ⁸ venit hic leo, debili et cruento uno pede, gemitus edens dolorem cruciatumque vulneris significantes. Primò advenientis feræ

1. *Accedit ad hominem tamquam noscitans*, se acerca á él como queriéndole reconocer. (*Noscitare*, frecuentativo de *nosco*, significa propiamente recoger las ideas, reconociendo en su virtud un objeto que no es nuevo para nosotros.)

2. *Demulcet leniter lingua crura et manus Androcli propè jam exanimati metu*, lame suavemente las manos y rodillas de Androclo, ya casi muerto de miedo.

3. *Blandimenta*, halagos. (Pudo decir *blanditias*, pero no con la misma precisión que *blandimenta*. Lo primero designaría la acción en general; lo segundo el efecto ó resultado de ella. Tal es la propiedad de los nombres acabados en *mentum*, como se ve en *ornamentum* relativamente á *ornatus*, y en *figmentum* á *fictio*.)

4. *Maximi clamores populi excitantur*, grita el pueblo conmovido.

5. *Proconsulari imperio*, en calidad de proconsul.

6. *Concessi in solitudines arenarum*, me retiré á los desiertos arenales. (El verbo *concedere* con nombres de lugar significa apartarse, retirarse, refugiarse; cuando sirve de determinante á otro verbo, es conceder, permitir, etc.)

7. *Sole medio*, al mediodía.

8. *Ad eandem speluncam*, á la misma cueva. (*Spelunca* se dice generalmente de la que se hace á propósito, á diferencia de *antrum*, que es la natural.)

„conspectu territus, et pavefactus, hæsi ¹: sed postquam introgressus leo in habitaculum illud, ut reipsa patuit, suum, vidit me „procul delitescens; mitis et mansuetus accessit, ac sublatum „pedem ostendere ac porrigere, quasi opis petendæ gratiã visus „est. Ibi ego spinam ingentem vestigio pedis ejus hærentem revulsi, „si, conceptamque saniem vulnere intimo expressi ². Ille meã operã, „ac medelã levatus, pede in manibus meis posito recubuit, ac quievit. Ex eo die triennium totum ego et leo in illa specu eodem „victu viximus. Nam mihi suggerèbat earum ³, quas venando ceperat, ferarum membra opimiõra, quæ ego, quia ignis copia „non erat ⁴, sole meridiano torrens, edebam. Sed ubi me vitæ illius „ferinæ pertæsum est ⁵, leone venatum profecto, reliqui specum: et „viam fermè tridui permensus, a militibus visus, apprehensusque „sum, et ad dominum ex Africa Romam deductus. Is me statim „curavit rei capitalis damnandum ⁶, dandumque ad bestias. Intelligo autem hunc quoque leonem, postquam ab eo discessi, captum, et huc adductum, gratiam nunc mihi beneficii et medicinæ „referre ⁷.”

Hæc ubi dixit Androclus, cunctis petentibus, pœnã solutus, ac

1. *Hæsi*, me estuve quieto.

2. *Expressique saniem conceptam vulnere intimo*, le saqué la materia que tenía dentro de la herida.

3. *Earum quas...*, de las fieras que cazaba. (Nótese la belleza de la inversión *EARUM, quas venando ceperat, FERARUM*.)

4. *Quia copia ignis non erat*, por no tener fuego.

5. *Sed ubi pertæsum est me vitæ illius ferinæ*, mas luego que me cansé de hacer aquella vida de fiera. (*Vitæ* es el complemento de *pertæsum est*: el sujeto está representado por la radical del verbo, y determinado por el genitivo *vitæ*, como si dijera: *tædium vitæ illius ferinæ tenuit me*. La misma construcción tienen los verbos *pænitet, piget, pudet* y *miseret*.)

6. *Is curavit me damnandum rei capitalis*, hizo que me sentenciaran á muerte. (El participio en *dus* subordinado al verbo *curo* y sus equivalentes, designa la firme resolución de hacer que se cumpla ó ejecute la acción. *Curabo perficere mandata*, procuraré cumplir lo mandado. *Curabo mandata perficienda, haré* que se cumpla lo mandado. En el infinitivo es uno mismo el sujeto de los dos verbos: no así en el participio, cuya acción se supone que ha de ser ejecutada por otro.)

7. *Referre nunc gratiam*, etc., me recompensa ahora, etc. (*Agere gratias* es simplemente dar las gracias de palabra; *Habere gratias*, con la intención, en virtud del agradecimiento de que nos hallamos poseidos; *Referre gratias*, es mostrar reconocimiento pagando con otros beneficios los que hemos recibido nosotros.)

dimissus est: leo quoque ei suffragiis populi est donatus. Postea Androclus et leo tenui loro revinctus, urbe totâ circûm tabernas ibant ¹. Donabatur ære Androclus: floribus spargebatur leo: omnes ferè obvii dicébant: "Hic est leo, hospes hominis; hic est homo medicus leonis."

XIX

Sabia respuesta de Simónides á una pregunta de Hierón.

Cum de Simonide quævisset tyrannus Hiero, quid, aut quale esset Deus ², deliberandi causâ ³ sibi unum diem postulavit. Cum idem ex eo postridie quæreret, biduum petivit. Cum sæpius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero requireret, cur ita faceret: "Quia quantò, inquit, diutius considéro, tanto mihi res videtur obscurior..." *Cic.*

XX

No debe apreciarse un beneficio por lo que en sí es, sino atendiendo á la voluntad del que le hace.

Si beneficia in rebus, non in ipsa beneficiendi voluntate consistèrent, eò majora essent, quò majora sunt quæ accepimus: id autem falsum est. Nonnumquam enim magis nos obligat qui dedit parva magnificè, qui regum æquavit opes animo, qui exiguum tribuit, sed libenter... Exiguum est quod in me contulit, sed amplius non potuit... Contra autem, hoc quod dedit, magnum est; sed dubitavit, sed distulit; sed cum daret, gemuit; sed superbè dedit, et placere non ei, cui præstabat, voluit: ambitioni dedit, non mihi ⁴.

1. *Ibant urbe totâ circûm tabernas*, iban recorriendo todas las tiendas de Roma.

2. *Quid aut quale esset Deus*, quién era Dios y cuál su naturaleza. (No podría decirse igualmente *quid* vel *quale*, porque la diferencia que hay entre *quid* y *quale* es esencial, y no depende de la opinión. Vide, nota 8, pág. 66.)

3. *Deliberandi causâ*, para pensarlo.

4. *Ambitioni dedit non mihi*, concluimos que lo hizo llevado de miras ambiciosas, no por favorecerme.

Socrâti cum multa multi, pro suis quisque facultatibus ¹, offerrent, Æschines, pauper auditor ²: "Nihil, inquit, dignum te, quod dare tibi possim invenio; et hoc uno modo pauperem me esse sentio ³. Itaque dono tibi, quod unum habeo ⁴, me ipsum. Hoc munus rogo, qualecumque est, boni consulas ⁵, cogitesque alios, cum multa tibi darent, plus sibi reliquisse..." Cui Socrâtes: "Quidni tu, inquit, mihi magnum munus dedéris ⁶, nisi fortè parvo te æstimas? ⁷ Habébo itaque curæ ⁸, ut te meliorem tibi reddam, quam accépi..." Vicit Æschines hoc munere omnem juvenum opulentorum munificentiam ⁹. *Sen.*

XXI

No es feliz el hombre á quien falta la tranquilidad interior.

Dionysius tyrannus Siracusanorum, cum omni opum et voluptatum genere abundaret, indicavit ipse ¹⁰ quam parum esset beatus. Nam cum quidam ex ejus assentatoribus ¹¹, Damocles,

1. *Quisque pro suis facultatibus*, cada cual según sus facultades.

2. *Auditor*, discípulo.

3. *Hoc uno modo sentio pauperem me esse*, en esto sólo echo de ver mi pobreza.

4. *Quod unum habeo*, que es lo único que poseo.

5. *Boni consulas*, que aceptes de buen grado.

6. *Quidni tu dedéris mihi magnum munus?...*, cómo que no es grande el regalo que me haces?...

7. *Nisi fortè parvo te æstimas*, si ya no es que te estimas en poco. (La conjunción *nisi* se traduce por *si ya no es que*, cuando está seguida del adverbio *fortè*. Vid. not. 2, pág. 117.)

8. *Habébo itaque curæ*, procuraré por tanto. (Pudo decir *curabo*, aunque no con la misma precisión: *curare* es simplemente procurar: *habere curæ*, procurar de un modo especial, mirar como su principal cuidado aquello de que se trata. *Curæ* es dativo, complemento indirecto de *habébo*; falta el dativo *mihi* oculto por elipsis: de modo que el sentido de *habébo curæ*, es *erit mihi curæ, ut, etc.*)

9. *Munificentiam*, munificencia, generosidad. (Este nombre es compuesto de *munus* y *facio*, y de consiguiente, explica la acción de *facere munus*.)

10. *Ipsc.* (Palabra pleonástica que sirve para hacer fijar la atención en la idea de *Dionysius tyrannus*. Vid. not. 6, pág. 95, y not. 6, pág. 105.)

11. *Ex assentatoribus ejus*, de sus aduladores. (Nótese la propiedad con que se emplea aquí el sustantivo *assentatores*: significa

commemorāret in sermōne copias ejus, opes, majestātem dominātūs, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiārum, negaretque unquam beatiōrem quemquam fuisse: „¿Visne igitur, inquit, ó Da-, mocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse eamdem degustāre ¹, et „fortūnam experiri meam?» Cum se ille cupere dixisset, collocāri jussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragūlo ², magnificis operibus picto: abacosque complures ornāvit argento, aurōque cælato ³. Tum ad mensam eximiā formā pueros delectos jussit consistere, eo-que, nutum illius intuentes ⁴, diligenter ministrāre. Adērant unguenta, corōnæ; incendebantur odores ⁵; mensæ conquisitissimis epūlis exstruebantur. Fortunātus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparātu fulgentem gladium e lacunāri ⁶ setā equinā aptum ⁷, demitti jussit, ut impendēret illius beāti cervicibus. Itaque nec pulchros illos ministratōres adspiciēbat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigēbat in mensam. Jam ipsæ defluēbant corōnæ. Denique exorāvit tyrannum, „ut abire liceret ⁸, „quod jam beātus nollet esse, „¿Satisne videtur declarasse Dionysius nihil esse ei beātum, cui semper aliquid terrōris impendat? *Cic.*

propriamente el que adula con palabras, á diferencia de *adulator*, el que adula con el gesto, y *blandiloquus*, el que adula con palabras, haciendo al mismo tiempo halagos y caricias. La misma diferencia respectiva hay entre los verbos *assentari*, *adulari* y *blandiri*, de donde proceden aquellos sustantivos.)

1. *Degustare eandem*, probarla por un instante. (*Degustare* en su sentido recto significa gustar ligeramente una cosa, llevarla á los labios; y por traslación, probar, experimentar un poco alguna cosa.)

2. *Strato pulcherrimo, textili stragulo*, en una bellissima cama, cuajada de ricas bordaduras. (*Stratum* es propiamente la cama; *stragulum*, la ropa que la cubre. Uno y otro se derivan del verbo *sternere*, echar por encima, allanar, cubrir extendiendo algo.)

3. *Argento, auroque cælato*, de vajilla de plata y oro cincelado.

4. *Intuentes nutum illius*, observando sus menores movimientos. (*Nutus* es propiamente la seña ó movimiento de la vista, cabeza, etc.: de modo que lo que quiere dar á entender es que aquellos mancebos tenían el encargo de adivinar los deseos de Damocles á la menor seña para satisfacerlos.)

5. *Incendebantur odores*, quemábanse perfumes.

6. *E lacunari*, del artesonado techo.

7. *Aptum setā equina*, pendiente de una cerda de caballo. (Nótese la graciosa ironía del *illius beati*.)

8. *Exoravit tyrannum, ut liceret abire*, rogó encarecidamente al tirano que le dejase marchar. (Nótese la fuerza de la preposición com-

LECCIONES MORALES

TOMADAS DE LOS ESCRITOS DE LOS CLÁSICOS LATINOS

I

La sabiduría compensa superabundantemente al hombre del trabajo que le cuesta el adquirirla, sirviéndole además de consuelo y alivio en las desgracias.

Quem ardorem studii censētis fuisse in Archimēde, qui, dum in pulvère quædam describit attentius ¹, ne patriam quidem captam esse senserit? ² ¿Quantum Aristoxēni ³ ingenium consumptum videmus in musicis? ¿Quo studio Aristophānem ⁴ putāmus ætatem in littēris duxisse? ¿Quid de Pythagōra, quid de Platōne ⁵

ponente de este verbo. *Exorare*, rogar ahincadamente, con toda el alma, de lo íntimo del corazón. Generalmente supone la consecución de lo que se pretende en virtud de los ruegos. *Orare* es simplemente rogar, pedir humildemente al que está aplacado y esperamos encontrar propicio. Vide nota 2, pag. 96.)

1. *Attentius*, con la más profunda atención; esto es, embebido enteramente en lo que hacía. El comparativo *attentius* tiene aquí fuerza de superlativo. Su complemento está oculto; *attentius æquo*, ó *attentius quam par esset*.)

2. *Ne quidem senserit patriam esse captam*, ni aun siquiera advirtió que su patria había caído en poder del enemigo. (Los buenos escritores separan siempre el *ne* del *quidem*, lo cual constituye una inversión de muy buen gusto. En este pasaje alude Cicerón á la tan sabida anécdota que se cuenta de Arquímedes, célebre matemático, que embebido en la resolución de un problema, no echó de ver que acababa de apoderarse el enemigo de Siracusa, su patria, hasta que, penetrando en su casa los soldados, le degollaron en su aposento.)

3. *Aristoxeni*, Aristógenes. (Célebre médico y músico de Tarento, discípulo de Aristóteles.)

4. *Aristophanem*, Aristófanes. (Famoso poeta cómico griego, inventor del verso tetrametro y octometro.)

5. *De Pythagora, Platone*, de Pitágoras y Platón. (El primero, natural de Samos, autor del sistema de la transmigración de las almas. Viajó mucho para aprender, y le llamaron el *Filósofo*; esto es, amante de la sabiduría. Platón fue uno de sus discípulos en Italia, y natural de Atenas.)